

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXXIX

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

pabulum mixtum בָּלֵל dicitur, quod ex diversi generis rebus constat, quæ facile visu dignoscuntur, ac separatæ videntur. Sic humor ac madidior a re humida et madida, qua cum commistus est, separatur exprimendo.

§. XXXVIII.

P. 127. בָּלַס Apud Arabes בָּלַס in Conj. III, est *depastus fuit grex*, in Conjug. I. *parum habuit, inops fuit*, ut aliud arabicum פָּלַס *inops fuit*. Hinc Amos VII, 14. בָּלַס שְׂקָמִים verti potest: *depascens sycomoros, vel inops sycomoris*. LXX. κνίζων συκάμυνα, *carpens moros*.

§. XXXIX.

P. 128. בָּנָה *struendi et exstruendi*, ut et *condendi* significatus, latioris sunt extensionis, quam ille *ædificandi*, et tamen radix hebræa omnes illos sibi vindicat pro diversa rei substratæ conditione. Significatus autem *condendi* et *creandi* propterea observandus est etiam ex arabismo, quod nomen بَنَى etiam *rem creatam* designare potest, ut ex loco Job XXXVIII, 7. probari potest, sive per בְּנֵי אֱלֹהִים intelligas *angelos*, sive generatim *omnia dei opera*. Loco enim citato σύσσιχος sunt τοῖς כוכבי בקר *stellis primum splendere incipientibus*: quæ quemadmodum ad grandia dei opera in mundo producta referuntur, ita negari non potest, per בְּנֵי אֱלֹהִים generatim *opera dei stellis similia*, e. g. *cometas varii generis, stellarum admirandas congeries, earumque fixos ac vagos*

vagos situs, motus, vicissitudines, vel speciatim in-
ad spectabiles angelos per ad commodationem in-
telligi: quamquam generalem illum significatum
huic speciali longe præferam, quod deus loqui de
operibus suis spectabilibus et visui objectis videatur.

§. XL.

P. 132. **בַּעַר** formæ *segolatorum* pro **בַּעַר** Cant.
IV, 1. 3. VI, 7. atque hæc forma videtur locum
habere, si suffixa illi adpenduntur, ut Gen. VII, 6.
2 Reg. IV, 5. Es. XXVI, 20. Gen. XX, 7; quan-
do autem cum sequente nomine substantivo con-
struitur, formam status constructi ex præcedentis
absoluti forma **בַּעַר** adsumit, ut Jud. III, 22.
2 Reg. IV, 4. Quando autem cum verbo *precandis*
construitur, et per *pro* latinum reddendum est,
כ esse potest præfixum, nomen autem **בַּעַר** signifi-
care potest *transgressionem*, ut Gen. XX, 7. Exod.
XXXII, 30. 1 Sam. VII, 9. Exod. VIII, 24.

§. XLI.

P. 140. **בָּקָר** Hanc radicem quin illustret ex
parte arabicum **بَكَر** *diluculo fecit quid*, nemo
dubitat. Hinc **בָּקָר** *diluculum*. **בָּקָר** autem di-
tributive *bos* est utriusque sexus, collective *agmen*
boum, *grex armenti* 2. *abundantia*, *opes*. 3. *exi-*
tium, *pernicies*, ab arab. **بَكَر**, ut ad radicem
in *symbol. nostris ad systema philol. Hebr. P. II.*
observavimus. **בֹּקֵר** *pastorem armentarium* signi-
ficat, ut arab. **بَاكِر** *gregem boum*, *synecdochice*
pastorem, ipsum. Amos VII, 14. Negari enim